Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

bibitis simul: Aut baptismo quo ego baptizo: ba-
ptizari: At illi dixerunt ei: possumus. Jhs autem
ait eis: Calicem quem ego bibo bibetis: et bapti-
smo quo ego baptizo: baptizabimini: sedere autem ad
dexteram meam vel ad sinistram non est meum da-
re vobis: sed quibus paratum est. Et audientes decem
inpigriari ceperunt de iacobo et de iohanne. Jhs
autem vocans eos ad se ait illis: Scitis quia hi qui
videntur principari gentibus dominantur eis: et principes
eorum potestatem habent ipsorum: Non ita erit in vobis: sed
quicumque voluerit inter vos maior fieri: erit vestrum
minister. Et quicumque voluerit in vobis primus esse: erit
omnium servus. Nam et filius hominis non venit
ut ministraretur ei: sed ut ministraret: et daret animam
suam redemptionem pro multis. Offertorium Gloria et honore Se-
creta Oblationes populi tui domine quas tibi apostolorum iacobi
passio beata consecrat: ut que nostris meritis non sunt
aptae: eius depreccatione tibi fiant acceptae. Per dominum
nostrum iesum christum filium tuum. Communio Te domine suppliciter exoramus ut
Complenda Perceptis domine deus nostri salutaribus sacramentis
humiliter deprecamur: ut intercedente beato iacobo apo-
stolo quem pro illius veneranda gerimus passione
vobis placeant ad salutem. Eodem die in vigilia nativitatis.
Deus qui beatam virginem virginem et matrem Oratio
mariam invocasti ad regna celestia et liberasti
eam de cunctis insidiis inimicorum: tyrannis et pe-
ccatis eam fecisti ad perpetuam claritatem: etiam fac nos
quaesumus eius precibus tuis semper obedire mandatis
Suscipe munera domine quae in beate virginis Secreta
matris tue sollemnitate deferimus ut nos a fidel